

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De sanctis Confessoribus non Pontificibus. Sint lucernæ Ardentes in
manibus vestris. Quantùm cuique est vigilantiæ, tantùm virtutis & meriti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

Prv. I.

num instruuntur. Vnde nobis si timidos & ignatos habuissimus Patres; & vnde illi animæ audaci, quæ sine scientia necessaria, & sine studio scripturarum sibi & alijs latere presumunt. Vnde que-
quo imprudentes oibunt scientiam?

III. PUNCTUM.

SIC igitur cavendum est ne scientia Virtuti praferatur. ut sicut scientia non negligatur; Cum non minus detrimenti virtus possit accipere ex neglegita scientia, quam ex nimio literarum studio: Sie itaque simul utrumque conjungendum est, ut alteri non obstat alterum, immo prolix, & scire mutuo juvent & foveant. Ex virtute scientia comparetur, & per scientiam virtus conservetur. Robur accedit utique ex utraque, dum per virtutem scientia conquitur & exercetur, ac per scientiam virtus operatur & prævalet. Apollini-
mè Isidorus: Tam vita, quam doctrinæ clarere debet. Ecclesiasticus Doctor, nam Doctrina sua vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutiliter facit. Vbi ramus est conuenito inter utramque, sum plane cedat scientia, neque tempus aut locum virtutis usurpet. Nam, ut ait S. Bonaventura, scientia pro virtute relata, postmodum melius per vir-
tutem reperitur. ATTENDE tibi & doctrina, ait
Apostolus, insta in illa, hoc enim faciens, & te ipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.

De summo bono c. 36.

i. Tim. 4.

Eph. 81.

Hinc S. Augustinus, Sicut, inquit, per ignem

& aquam tenenda est via, ut nec exuratur homo, nec demergatur; sic inter apicem superbia & va-
raginem desidia, iter nostrum temperare debemus,
scut scriptum est, non decisius neque ad dexto-
ram, neque ad sinistram.

Vide 3.

Praeclare vero sanctus Bernardus de modo par disce.
sciendi & fine, unde penetota est scientia cum 40. pag.
virtute conjunctio: Ut scitis, inquit, quo ordine, 1168. de
quo studio, quo fine, quoque nosse oporteat. Quo or-
dine, ut id prius, quod maturius ad salutem; Quo
studio, ut id ardentius, quod ushementius ad a-
morem; Quo fine, ut non ad insanem gloriam, aut
aliquid simile, sed tantum ad ascensionem tuam
vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine
tanum ut sciantur, & turpum curiositas est: & sunt
qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpum vanitas
est; & sunt qui scire volunt, ut scientiam suam
vendant pro pecunia, pro honoribus: & turpum qua-
stus est. Sed sunt qui scire volunt ut edificant, & Serm. 36.
charitas est. Et item qui scire volunt ut edificantur,
& prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo,
non inveneruntur in abusione scientia, quippe qui
ad hoc volunt intellere ut benefaciant.

Si sapientiam invocaveris, & inclina veru cor
tuum prudentia: tunc intelliges timorem Domini.
& scientiam Dei invenies, quia Dominus dat sa-
pieniam. & ex ore eius prudentia & scientia.

in Cant.

Pr. 2.

COMMUNIS SANTIS
CONFESSORIBVS NON PONTIFICIBVS.

Sint lucerne ardentes in manibus vestris. LUC. 12.

VERITAS PRACTICA.

Quantum cuique est Vigilantia, tantum Virtu-
tis & meriti.

RATIO EST, Quia ordinariè loquendo, tan-
tum cuique est virtus & meriti, quantum sibi
vum facit.

Sed quanquam cuique est Vigilantia, tantum sibi
vum facit.

Ergo & tantum est illi Virtus & meriti. Quia sa-
nè consideratio multum valere debet ad com-
mendationem vigilantia.

I. PUNCTUM.

QUOD lucerne illæ ardentes, quæ à Do-
mino commendantur, Vigilantiam signi-
flicant; quanta sit in se illa Virtus, & quan-

ta fuerit in sanctis Confessoribus, quantumque
inde eluxerint, & progrediendo per tres perfe-
ctionis vias ad supremum eius gradum pervene-
rint, vide si vacat in meditatione ad in declaran-
dum instituta. Veritas vero Practica quæ inde
deducitur, & quam hic solum spectamus, tanti
est momenti & ponderis, quanti res ipsa quam
continet, nempe Virtus in actu, vel habitu, de-
utroque enim intelligi potest: Tantum scilicet esse
unicuique virtus & meriti, quantum erit vigi-
lantia, seu animi vigilans ad virtutem exercitum.

Ratio vero quæ assertur, aperta est & sœpe ali-
bi agitata, quod tantum cuique est virtutis & me-
riti, quantum sibi vum facit, ut appetitum, seu par-
tem hominis inferiorem subjiciat rationi, & ra-
tionalem Deo. In hac enim subjectione & subordi-
natione partium hominis, totius humanæ vite co-

L 2

sistit



L. 9. Pord.
s. 13.

sistit ordo, cui constituendo deseruit tota virtutum connexio. Cetera Virtus à Clemente Alexandrino non aliter definitur, quam concinna & congrua animi affectio, qua per totam vitam rationis subiectitur.

Ipsae quatuorprincipiae & Cardinales Virtutes, ad quas ceterae Morales referuntur, non alià magis de causâ dicuntur esse necessaria, quam ut istam subjectionem faciant, vel conservent. Unde non tantum sic dicit putantur Cardines, quod sint principiae; sed quod iis veluti Cardinibus, anima suis in quantum potentissimis aperiatur Boni, quod est conforme & conveniens rationi, & claudatur Malo, quod est disconveniens. Sicque ad unamquamque potentiam continentiam & perficiendum sunt instituta, ut Prudentia residat in intellectu, Justitia cum duabus aliis in voluntate: sed Fortitudo irascibili continendo deseruit, sicut Temperantia Concupiscibili. Nihil autem perfectionem usquam acquisita, quod in ipsis virtutibus non sit, ait S. Prosper, & alibi fuisse monstratum ex SS. Patribus, atque ex ipsa re, totam perfectionem referri ad illam partium seu potentiarum animi subjectionem, quae sicut fieri non posset sine virtutum exercitu, ita nec virtutes exerceri sine illa subjectione, & sine quadam vi illata homini ad illam efficiendam.

De Cont.
vne c. 18.

Vides su-
pra Fer. s.
Dom. 4. &
3. die Ianu.

Qualis enim virtutis actus esset, si non subiecter appetitum rationis? An posset ille actus esse ordinatus, dum animus inordinatus esset? At nonne tum inordinatus est animus, cum appetitus non subiectus rationi? Ubi ergo in illa inordinatione virtus? Plane oportet virtutem animam esse inordinatam, aut proflus inutilem, si non subiecter appetitum rationis, quam verum est tum inordinatum esse omnium, quando non subiectus rationi appetitus. Sed virtutem esse inordinatam aut inutilem, nec ipsae aures ferre possunt. Manet ergo virtutis exercitium consistere in illa subjectione facienda, & tantum esse curiae virtutis & metiri, quantum sibi vim faciat illam subjectionem agi & edendam & continentiam. **Sic regnum caelorum vim patitur, & vio-**

lenti rapunt illud. O quale motuum violentiae sibi inferenda.

II. P U N C T U M.

SED quantumcunque est vigilans, tantum sibi cum divina gratia vim facit, & tantum subiectus appetitum rationis, & rationem Deo-

Ista enim subiectio tam rationabilis est, & ad eam efficiendam tot rationes nos movent, ut si advertat animus, nec ut solet, abripatur a te ipso, aut indormicetur ratio, plane appetitum domet, ne ab illo domeatur. Hoc est enim quod solum excusamus in lapsibus nostris quotidianis, non advertebam, non cogitabam, quasi diceretur non esse lapsus si advertisset. Hoc est etiam quod in Scripturis propterea tantopere commendatur, ut nobis attendamus, nobis invigilemus, & ad singula quæque animum applicemus; quasi in hac una vigilanti cura totum rationis negotium esset politus, quasi hoc esset virum esse. 3. Reg. 2. **Confortare & esto vir,** inquit David moriturus filio suo Salomonis, **Obserua custodias Do-**

mini Dei tui, ut ambules in via eius: ut intelligas universa que faci, & quocunque te verteres. Sic ipse Salomon sua scripturus Proverbia, **Prov. 1.** hunc sibi finem proponit: **Si detur, inquit, par-**

vu[m] astutia, adolescentia & in intellectu, ad singulas scilicet dirigendas actiones ex rectae rationis & legis æternæ regula. Quod id, uidelicet repertens his & similibus lententius, **Sapientia, in-**

quit, callida est intelligere suam.

Quidquid ipse Dominus, ipsa incarnata Sapientia, nihil in suis præceptis repeat frequenter, nihil inculcat vehementius quam verbis, quam parabolis, quam exemplis, quam hoc unum: **Vi-**

gilate, videte, vigilate; quod autem vobis dico, amnit ut deo, vigilate. Et quod magis miseris, cum ipse in horto, seu monte Olivaram adesset præfens suis illis tribus Discipulis, quos socios suæ tristitiae sibi asciverat; **Vigilate, inquit, & orate, ut non intreru[m] tentationem:** Quasi aperie diceret, non satis illis esse, quo adesset prælens, nisi etiam vigilarent: si tamen vigiliam adhiberent, nihil proflus damni à tentatione futurum, adeo potens est vigilans.

Ceterè sanctus Joannes Chrysostomus non dubitavit afferre minorem gratiam cum hominis vigilans plus effectuarum, quam si major ad esset gratia non ira vigilans. Quod luculentè confirmat exemplo Salomonis & Jobi, quorum ille cum tam multis, quas à Deo consecutus est, gratias misericordias periret, quia non sibi satis attenit vigilavit; hic autem in media gentilitate constitutus, solo rationis lumine, non quidem sine gratia, sed longe impari, quantum saltem ad externa auxilia, tali & contra universas demonis vires fervavit, quia scilicet sibi semper præfens aderat, quia, ut ipse, ait, **vere habuit omnia 32.**

opera



spera sua, sciens quid Deus non parceret delinquenti; Et semper quasi tumentes super se fluctus timores Deum, & pondus eius ferre non posset; Id est, dum cogitaret se habitaram Deum offendit, si se impudentiae daret; sese continuit, ne Deum haberet offendit: sive sibi ad vigilans, nullum aut exiguum in ordinati animi signum dedit. O quanta vis vigilante, cum divina gratia! O quanta mentis incuria, quae sic sibi non vigilat!

III. PUNCTUM.

S. Petri. I.

QUANTVM ergo cuique est vigilante, tantum est Virtutu & meriti; Quia tantam sibi quisque vim facit ad subjiciendum Rationi appetitum, quam ad id affectum curam & solicitudinem, ex qua subjectione appetitus, tota est Virtus & omne mesitum. *Vos autem curam omnium habibentibus, inquit S. Petrus, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam: Et quæ plura prosequitur de singulis virtutibus, quæ ab illa cura procedunt: Tum vero pergens, Cui enim, inquit, non praestò sunt haec, ecce est, & manu tentans. Quasi diceret: Totum est à vigilante; Si cui virtus ira est comparata & acquisita, ut praestò sit ad omne opus, inde est quia ille oculatus & vigilans fuit ad cre-*

bros virtutis actus exercendos. Si cui verò non praestò est virtus, non aliunde est, quād quod is veluti cæcus fuit, minimè vigilans ad rationis ductum & Gratiae.

*Atque hinc mystica illa repræsentantur animalia, plena oculis antè & retro, in circuitu & intus, id est, in ipsis oculis alij sunt oculi, ut qui vigilans magis adhuc ad vigilant, sicut qui iusti & sancti sunt, magis adhuc iustificentur: Unde Ibid. 22. est illud Apotholi: *E vigilate iusti, & nolite peccare;* id est, tantum adhuc vigilante, quantum necesse est, ad omnes prorsus peccatum evitandum; vel potius quantum novæ in dies adhibetur vigilante, tanto minus peccabitis; Et tanto major fiet vobis accessio. *Iustitia seu virtus & meriti.**

Nihilne te ista movebunt ad maiorem vigilantiam? Nihilne te illud Christi Domini, Esto Apoc. 3. vigilans; Nisi vigilaveris, veniam ad te, tamquam fur, & nescies quā horā veniam ad te. Nonne omni hora potest venire? Nonne ergo omni hora vigilandum, ne te non vigilante impetrabis? Nonne qui furem timer, eo cautius vigilat, quo certoscit in id furem maximè vigilare, ut in eum ipsum adoratur & spoliatur? Illumina Domine Ps. 12. oculos meos, ne am quam obdormiam in morte, ne quando dicat insimilis meu, pravulum aduersus m.

COMMUNIS OMNIBVS
SANCTIS, ORDINIS RELIGIOSI
FUNDATORIBUS.

Mortuus est Pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. Eccles. 30.

Laudemus Viros gloriofos & Parentes nostros in generatione sua. Ibidem. 44.

VERITAS PRACTICA

Virtutum Patris nostri Gratia, non sermonibus exprimenda est, sed operibus comprobanda.
Hom. 2. de Eusebio.
VERBA sunt S. Maximi ie sancto Eusebio Vercellensi, quorum sensus non est, reticendam esse termone laudem illius Sancti, quem laudat, cum ipse sibi pugnaria dicere: sed potius quia illum maximè laudandum putat, sic à suis laudari vellet, ut nihil de eius laudibus detrahatur: si verò tantum sermone laudaretur & non operibus, multum de eius laudibus detractum putat. *Vnde, inquit,*

non sermons sed operibus, comprobanda est virtus eius gratia.

ATQUE hinc veritatis proposita Ratio est. Quia si à suis precipiū Fundator Religiosi Ordinis laudandus est, ut quod est precipiū in eius laude, non decerpatur.

Sed si tantum sermonibus & non operibus laudatur, quod precipiū est de eius laude, decerpatur. Ergo non sermonibus tantum, sed operibus est laudandus.

I. PUNCTUM.

Ex multis quæ de hoc arguento habentur in Meditatione Communi sanctis Religiosi Ordinis

L. 3

dinus

